



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XIV. Die Maii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XIV. DIE MAIL.

P. GONSALVVS VAZ
DE MELLO.

Infranus
Vlyssiponæ.
14. Maij.
1579.

Cencie.

Paupertas.

B. V.
Ier.

Ingenio, nobilitate, opibus floruit foris, in Societate verò concionali suâ efficacitate, ac admirabilitate tantus fuit vt clausi adhuc templi fores obsiderentur, & religiosæ familiæ, plerosque suorum qui aduentabant, illi dicerent se debere: ad Societatem verò aliquando 30. dierum inreiectu duo, ac triginta accesserunt illius dictione permoti. Illius ad sacras expeditiones percurfatio, paupertatem pro vehiculo, viatico, & diuersorio habuit; fructum verò vbique propè supra fidem vberimum, cum honore, quo vbique accipiebatur, adèd, vt ex Vrbe Pharo totus illi clerus, & Magistratus obuam prodierit. Per iter Deiparæ preces aliquando fundenti Gonsaluo adfuisse in sublimi comitem itineris Dei Matrem ad ea, quæ ille orans agebat attentam, & æquis cum illo passibus procedentem, socius eius vidit, & persanctè id affirmavit, vt fufius retuli in Annalibus **MARIANIS**.

P. IOANNES
ALBOTODUS.

Maurus Hic-
pali. 14. Maij
1578.

Fides.

Qui hunc semel delibauit, nunquam deseruit, tantum illi religiosi magnetis inesse sunt experti omnes. Aiunt illum Mauricæ suæ nationis fuisse Apostolum, & quia rē Christianam apud suos egit, factum fuisse ferè Martyrum, cum illi & necem non semel moliri sunt. Quendam è Mauris suis in taberna obscœna garrientem

verbis castigarat, sed ille minaciter Ioannem iussit facessere: futurum aliàs, vt naribus truncaretur. Abijt, vt iræ locum daret Ioannes, at impudens ille Maurus pœnas Deo dedit. Etenim postridie discordiosis clamoribus cum quopiam rixatus naribus ab illo truncatus est. Ad humilitatis alimentum, natalium suorum, & gentis Mauricæ contempnam sortem sibi identidem obiectabar.

Casitas.

P. STANISLAVS
HERBERTUS,
ET
P. IOANNES
HARTI.

Alter etiam cum esset morbo factus mutus, tamen à labore necdum cessans laudari meretur: alter Anglicanorum rormentorum in odium fidei illatorum perpeffu, & eâ, quâ post septimum à morte annum reperi- tus est corporis integritate cõmemorabilis est. De de illis id quod scribit Iaroslaiense Collegium: decessit P. STANISLAVS HERBERTVS, vir excellenti virtute, & huius Collegij Rector aliquandiu; qui linguæ vsu ex morbo aliquot annis penè destitutus, rei domesticæ tamen, quod vnum potuit, procuracionem administravit, negotium neque parui momenti neque homini debilitato expeditum. Itaque non ante destitit labore sibi difficillimo, huic Collegio prodesse, quàm vitâ, spirituque destitutus obiit pridie idus Maias, elatus est magno totius ciuitatis tum nobilium,

Polonus.
Alter
Anglus Ia-
roslauic. 14.
Maij. 1595.

Mutus.

L I tura

tum popularium mœrore: qui tantam virtutem, & studium de omnibus benè merendi altè animo impressū retinebant. Eodemque ipso die, quo ille humatus est P. IOANNIS HARTI, qui in Angliâ fidei Catholicæ odio equuleo tortus erat, corpus septem annorum interuallo non sine admiratione adhuc integrum ex alieno in nostrum sepulchrum est translatum.

P. IOANNES
ARNOVX ARNULPHVS.

Callus To-
losæ. 14
Maij 1636.
xt. 6. 11. 42

Lvdovici XIII. Gallia Regis Ecclesiastes, & Confessarius fuit ma-

XV. DIE MAII.

P. FRANCISCVS
LVPIVS.

Lustratus
in Ethiopia
14. Maij.
1597.

Mortific.

Labores.

Elemos.

Paupertat.

Hic per ipsos 29. annos P. Andrea Quiedi Patriarchæ Socius, & laborum comes fuit. Iurati testes dixerunt: Lupij virtutem primis quibusque heroibus æquari posse. corpus ad lacerâ pellem tantum, & ossa redegerat inediâ, perpetuisque verberibus. Sæpè illi in ore illud: Viram hanc & nobis à Deo datam, vt laborando assequamur æternam; neque aliter se habere hominem, qui non labore, quàm auem, quæ non voler. Vnus Quiedo alijsque superstes cum mansisset, omnia, quæ domi erant dedit pauperibus; etiam pallium, exemplo Martini in frustra discissum & quia istic indecorum non est sine tunicâ interno tantum amictu vt, tunicam quoque diuisit in plures. Lectus illi nudum solum erat; cum sacco quoque illi vsui sibi datum ægro humi cubanti donauit; inde illi extrema pla-

gnâ religiosæ modestiæ zeli que felicitate. Cardinalis Vbaldinus P. Ioanni Aloysio Albritio, è quo hæc habeo, Bononiæ, disertè affirmavit; se cum in Gallia Nunciij officio fungeretur, neminem vnum inter priuatos nouisse, cui plus istic deberet Ecclesiæ, quàm Arnulpho Parisijs, Gratianopoli, Tolosæ. Pro Societate multa præclare ab illo perfecta, siue cum domicilijs, siue cum Proinciæ toti præesset. S. P. Nostri, & instituti accuratè fuit reuerens, & obseruans.

Fidei.

nè, & gloriosa paupertas. Persæpè inter sacrificandum, & inter orandum cœlesti splendore perfundi visus est instar Solis: quo aiebant ij, qui viderant oculos sibi fuisse perstrictos. Pater quispiam filium monebat, vt illum magnificeret; Illum, ego inqueiebat, aliquoties vidi cum operaretur Sacris seu ad circumstantem populum verteret, oculis, & ore flammam iaculari, & toto capite luce mirabili splendere. A morbo graui consanuerat, Deo illum Catholicorum precibus adhuc dante: id quod ille in templo peracto sacrificio affirmatè dixit; & adiecit; se biennij adhuc interiectu à morte distare; quod ille biennium ingenti contentione inter labores pro fide susceptos impleuit eo modo, qui decur conscientiam suæ mortis; & octauo ante euolutum biennium die, accitis Catholicis, non nisi septem, adhuc dies è concessio sibi duorum annorum spacio esse reliquos affirmavit. Adfore post annum vnum, qui illis diuina procuret. Benè prædictum, vtrumque.

Oratio.

Sacram.

Mors.